

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute praestanti, D. Paulo Ebero, amico suo &  
fratri charissimo

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

mea uita solliciti estis, agnosco tuam & aliorum beneuolentiam: ac debere me uobis gratitudinem factor. Utinam uerò possem illustribus officijs uicissim meam beneuolentiam uobis ostendere. Sed uerè sum *omnis* *svap*, ut Pindarica descriptione utar. Verùm donec Deus in hac statione me uult seruire, iustum est me obtemperare: ac ipsum oro, ut me gubernet. *Amicitie uerò nostrae semper memorem ero. & in hac uita militia, & illa eterna Academia, in qua fruemur nostra cõiunctione dulcius, & habebimus doctores et collegas cum quibus suauius philosophari potuerimus, quàm habet hæc uita.* Scribo breuiter: quia subito luctu animus meus occupatus est. Heri enim ancilla generi mei, modeste puella, in horto, cum nos in templo essemus, fulmine icta periit. Moueor non solum hoc tristi casu, sed etiã omine. Sed oro filiũ Dei, ut publicas & priuatas pœnas nobis leniat. Bene uale. Die 8 Iulij.

Clarissimo uiro, eruditione & uirtute præstanti, D. Paulo Ebero, amico suo  
& fratri charissimo.

Et uos liberatos esse miserijs obsidionis, & opidum utcumq; seruari gaudeo. Ac utrumq; assiduus & ueris gemitibus & uotis à Deo petiui. Nec in hoc meo exilio magis de meis miserijs, quàm de Pastore, de Crucigero, de te, deq; cæteris inuocantibus

*Windsor p. 327.*

*I, 122.*

bus Deū in illa dulcissima patria nostra, in qua nā  
nere summo cum periculo uoluistis, cogitauī. Nec  
procul discedere potui: familiam tantum in oppi-  
dum Northausen duxi. Ego in iugis Hercinijs non  
interferas erro: sed inter homines honestissimos, so-  
cios nostri luctus & doloris uersor. ibi exitum ob-  
sidionis expectare uolui. Nam quadam coniectura  
ducebar de tempore, ut corā narrabo. Cursorem  
meum ad uos misi, ut de statu oppidi, deq; uestris  
consilijs scribatis. Etiam si autem longius exilium  
erit suscipiendum: tamen colloqui antea uobiscum  
decreui. Optarem nos in eadem Academia uiuere  
posse, ubicunq; Deus sedem aliquam nobis attri-  
buet. Si istic manebit Pastor & Cruciger, de reditu  
& ipse cogitabo. Sed prius audiam, quid tu statueris,  
& quid mihi faciendum iudices. Omnino mihi  
morte acerbior est hæc distractio nostri cætus: &  
tamē ferendum est, quod mutari non potest. Quæ-  
so rescribite copiose. Vale, 26 Maij.

Reuerendis uiris, pietate, eruditione &  
fide præstantibus, D.D.N.N. & N.N. arti-  
tiū M. & pastoribus Ecclesiæ N. pie con-  
cordibus & constantibus, suis fra-  
tribus charissimis.

Reuerendi uiri, nota uobis uox est filij Dei, Do-  
mini nostri Iesu Christi, in ultimo precantis, *uobis*